

# MISALITO TRADICIONAL

SANCTUM ROSARIUM  
ANGELUS  
ORDO MISSÆ 1962





# Índice

Notas y uso de este misalito.....	5
Sanctum Rosarium.....	8
Ángelus.....	20
Ordo Missae 1962.....	21



## Notas y uso de este misalito

Con objeto de evitar confusiones a los fieles que por primera vez acuden a la Santa Misa en Rito Extraordinario o Misa de San Pío V, mencionaremos aquí las diferencias más relevantes con la Misa Novus Ordo, tanto en usos y costumbres como en el rito.

También se incluyen el Santo Rosario en su versión tradicional, que en muchas ocasiones se reza antes de la misa, así como el Ángelus, que se puede rezar antes de empezar la misa de 12:00 y también a continuación de los Misterios Gozosos del Santo Rosario.

- En la Misa Tradicional se sigue observando de forma rigurosa el decoro en el vestido. Se deben llevar cubiertos los hombros, y las rodillas deben quedar cubiertas al sentarse.
- Aunque no es obligación, tradicionalmente la mujer utiliza velo como símbolo de modestia y lucha contra la vanidad (cubrir la propia gloria para dársela a Dios) en imitación de María, la Sierva del Señor.
- Las oraciones iniciales y el acto de contrición se hacen de rodillas. Los cambios de postura, que difieren algo del rito ordinario, están indicados en este misal con siluetas.
- En varias oraciones se hace la señal de la cruz, que en esta guía y en la mayoría de misales se indica con el signo ✠.
- El *Kyrie* consta de 9 repeticiones en lugar de 6, siendo el sacerdote quien empieza y termina.
- En el Gloria se inclina la cabeza en 5 ocasiones, señaladas en este misal con *letra cursiva*. Esta oración se omite cuando la casulla es negra o morada y en misas votivas. Cuando se omite el Gloria, al final de la misa se sustituye el *Ite missa est* por *Benedicamus Dómino*.
- Gran parte de las oraciones las realiza el sacerdote en secreto, incluido casi todo el Canon de la misa con la Consagración.
- Durante el Gradual-Aleluya se permanece sentado hasta que se anuncia la proclamación del Evangelio.

- El sacerdote no indica verbalmente cuándo acaban la lectura de la epístola (lo señala apoyando la mano sobre el altar) o el Evangelio (lo hace al besar el misal).
- El Credo siempre es el Niceno Constantinopolitano. Se inclina la cabeza en 3 ocasiones señaladas en *letra cursiva* y la Encarnación del Verbo (*et incarnatus est de Spíritu Sancto ex Maria Vírgine, et homo factus est*) se venera de rodillas. Se omite en algunas misas.
- Durante todo el Ofertorio y la oración Secreta se permanece sentado hasta el Prefacio (*Sursum Corda*, “levantemos el corazón”).
- El Padre Nuestro sólo lo recita el sacerdote, contestando los fieles únicamente la última frase: *sed libera nos a malo*.
- El sacerdote transmite la Paz del Señor. Verbalmente a los fieles y físicamente sólo a otros presbíteros si los hay. Pero la paz entre los fieles no es un rito de esta Misa.
- En el *Agnus Dei* (Cordero de Dios) se percute el pecho 3 veces, como en el *mea culpa* (salvo en las misas de difuntos, siendo la fórmula también diferente, como se indica en esta guía)
- Antes de la comunión, el *Dómine non sum dignus...* (Señor, no soy digno...) se repite 3 veces y se percute el pecho cada vez.
- La Santa Comunión se recibe de rodillas y en la boca, normalmente en reclinatorios corridos, pasando el sacerdote de derecha a izquierda de fiel en fiel y vuelta a empezar por la derecha. El fiel no ha de responder nada, sino que es el sacerdote quien pronuncia la fórmula completa, incluido el *Amen*. Atención también a separar las manos de la barbilla para facilitar al acólito el uso de la patena.
- La despedida *Ite Missa est*, al contrario que en el rito ordinario, se dice antes que la bendición.
- La bendición final se recibe de rodillas, pero no es el fin de la misa.

- La misa termina con la proclamación del Inicio del Evangelio de San Juan, en el cual se reverencia de rodillas el momento de la Encarnación (*Et verbum caro factum est*).
- Finalmente se pueden hacer, de rodillas, las oraciones mandadas por el papa León XIII a María Santísima y el Arcángel San Miguel, que están dispensadas si hay algún canto mariano de despedida y en misas solemnes.
- En este misalito/ordinario se omiten las oraciones del día (dirá Oratio...) o las que el sacerdote dice en secreto, indicándolo con la abreviatura **Secr...** o bien con el texto en color gris.
- Las respuestas de los fieles están marcadas con **R** y en **negrita**.

## Recursos digitales

Si no se dispone del misal de los fieles o de algún ordinario como este ejemplar, existe la posibilidad de seguir la Santa Misa en dispositivos móviles a través de aplicaciones o la web.

- En la web **divinumofficium.com** están disponibles tanto el breviario como la Santa Misa de cada día, pudiéndose seleccionar el segundo idioma, cualquiera de los misales publicados (desde 1570 a 1962) y el tipo de misa (rezada o solemne)
- Las aplicaciones **iPieta** para dispositivos iOS y **eVetusOrdo** para dispositivos Android, obtienen los datos del proyecto Divinum Officium y sirven como misales.

Otros recursos interesantes:

- La aplicación **Square Note**, para todo tipo de dispositivo, contiene todo el canto gregoriano habitual en las celebraciones cantadas de esta liturgia.
- La web **cruxsancta.com** contiene orientación sobre el latín litúrgico, oraciones y otros recursos descargables como el Diccionario Tradicional Latín-Español o este mismo misalito.

# Rosarii Beatæ Mariæ Vírginis

Per † signum Sanctæ Crucis † de inimicis nostris  
† libera nos, Deus noster.

In nómine ✠ Patris, et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Ÿ. Dómine, labia mea apéries.

Ṛ. **Et os meum annuntiabit láudem tuam.**

Ÿ. Deus in adiutórium meum intende.

Ṛ. **Dómine, ad adiuvandum me festina.**

## GLÓRIA

Ÿ. Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto.

Ṛ. **Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in  
sæcula sæculorum. Amen.**

## ACTUS CONTRITIONIS

Deus meus, ex toto corde pænitet me ómnium meorum peccatorum, éaque detestor, quia peccando, non solum pœnas a te iuste statutas proméritus sum, sed præsertim quia offendi te, summum bonum, ac dignum qui super ómnia diligaris.

Ídeo firmiter propono, adiuvante grátia tua, de cétero me non peccáturum, peccandíque occasiones próximas fugiturum. Amen.



## SÝMBOLUM APOSTOLÓRUM

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli et térræ. Et in Iesum Christum, Filium eius únicum, Dóminum nostrum:

*caput inclinans*

*qui conceptus est de Spírítu Sancto, natus ex Maria Virgine*

passus sub Póntio Pilato, crucifixus, mórtuus, et sepultus: descendit ad Ínferos; tértia die resurrexit a mórtuis; ascendit ad Cœlos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare vivos et mórtuos.

Credo in Spírítum Sanctum, Sanctam Ecclésiám Cathólicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen.

## PATER NOSTER

*Ÿ.* Pater noster, qui es in Cœlis, sanctificetur nomen tuum. Advéniat Regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in Cœlo et in terra.

*Ŕ.* Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimitte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

## AVE MARIA

*Ÿ.* Ave Maria, grátia plena, Dóminus tecum. Benedicta tu in muliéribus et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

*Ŕ.* Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

## MARIA MATER GRATIÆ

Maria, mater grátiaë, mater misericórdiaë, tu nos ab hoste protege, et mortis hora súscipe.

## ORATIO FÁTIMÆ

O mi Iesu, parce nobis, líbera nos ab igne Inferni, extolle omnes ánimas in cælum, præsertim egentíssimas ex eis.

# MEDITATIONES ROSÁRII

## **I. Mystéria Gáudii** (fériae II & V & Domínica Adventi)

**Primum mystérium: Ángelus Dómini nuntiavit Mariæ.** Missus est ángelus Gabriel a Deo, ad Vírginem Mariam et ingressus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dóminus tecum. Concípies et páries filium et vocabis nomen eius Iesum.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Secundum mystérium: Maria Elísabeth visitat.** Maria ábiit in montana cum festinatione et salutavit Elísabeth: quæ repleta Spíritu Sancto, exclamavit.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Tertium mystérium: Iesus in Bétlleem náscitur.** Péperit Maria filium suum primogénitum et pannis eum involvit et reclinavit eum in præsépio.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Quartum mystérium: Puer Iesus in templo presentatur.** Tullerunt Iesum in Ierosólymam ut sísterent Dómino.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Quintum mystérium: Puer Iesus in templo invenitur.** Dixit mater Iesu ad illum: Fili mi, quid fecisti nobis sic? Et ait ad illos: Ne sciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse?

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

## II. **Mystéria Doloris** (feriæ III & VI & Dom.

Quadragesimæ)

**Primum mystérium: Iesus in horto Gethsémani orat.** Venit Iesus in prædium cui nomen est Gethsémani et dicebat: Abba Pater, transfer cálicem hunc a me, sed non quod ego volo, sed quod tu.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Secundum mystérium: Iesus flagellis cæditur.** Pilatus trádidit Iesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Tertium mystérium: Iesus spinis coronatur.** Míletes autem, induunt Iesum púrpura et imponunt ei plectentes spíneam coronam et cœperunt salutare eum: Ave Rex Iudæorum.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Quartum mystérium: Iesus, cruce oneratus, Calvariæ locum adit.** Educunt Iesum ut crucifigerent eum, et perducunt illum in Gólgotha locum quod est interpretatum Calváriæ locus.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Quintum mystérium: Iesus in cruce ✠ móritur.** Erat autem hora tértia, et crucifixerunt eum. Et facta hora sexta, ténebræ factæ sunt per totam terram usque in horam nonam. Et hora nona, Iesus, emissa magna voce, expiravit.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

### **III. Mystéria Gloriæ** (feria IV, sabbatum & Dom.

Paschalis & Pentec.)

**Primum Mystérium: Iesus a mórtuis resurgit.** Dixit ángelus muliéribus: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic. Sed ite, dícite discípulis eius et Petro. Præcedit vos in Galilæam ibi eum vidébitis, sicut dixit vobis.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Secundum mystérium: Iesus cœlos ad Glóriam Patris ascendit.** Dóminus Iesus, postquam locutus est discípulis, assumptus est in cœlum et sedit a dextris Dei.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Tértium mystérium: Spíritus Paráxlitus supra discipulos descéndit.** Discípulis omnes erant perseverantes unánimiter in oratione cum muliéribus et Maria matre Iesu, et frátribus eius; et cum complerentur dies Pentecostes, repletis sunt omnes Spíritu Sancto.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Quartum mystérium: Maria Virgo in Cœlum assumpta est.** Exaltata est Virgo Maria super omnes cœlos. Venite omnes, magnificemus Christum Regem cuius Regnum est ómnium sæculorum.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

**Quintum mystérium: Maria Virgo in Cœlis Regina coronatur.** Cœli reginam Mariam te iure fatemur, ex cuius thálamo processit Sol Iustitiæ. Nomen tuum ita magnificavit Dóminus ut non recedat laus tua de ore hóminum.

*Pater Noster, 10 Avemaria, Glória et Oratio Fátimæ.*

## LITANIÆ LAURETÁNÆ

Ÿ/Ŕ. Kýrie, eléison.

Ÿ/Ŕ. Christe, eléison.

Ÿ/Ŕ. Kýrie, eléison.

Ÿ/Ŕ. Christe, áudi nos.

Ÿ/Ŕ. Christe, exáudi nos.

Ÿ. Pater de Cœlis Deus.

Ÿ. Fílii Redemptor mundi Deus.

Ÿ. Spíritus Sancte Deus.

Ÿ. Sancta Trínitas, unus Deus.

Ŕ. **Miserere nobis.**

Ÿ. Sancta María.

Ŕ. **Ora pro nobis.**

Ÿ. Sancta Dei Genétriſ.

Ÿ. Sancta Virgo vírginum.

Ÿ. Mater Christi.

Ÿ. Mater Ecclésiæ.

Ÿ. Mater Divínæ grátia.

Ÿ. Mater puríſſima.

Ÿ. Mater castíſſima.

Ÿ. Mater inviolata.

Ÿ. Mater intemerata.

Ÿ. Mater amábilis.

Ÿ. Mater admirábilis.

Ÿ. Mater boni  
Consílii.

Ÿ. Mater Creatoris.

Ÿ. Mater Salvatoris.

Ÿ. Virgo  
prudéntíſſima.

Ÿ. Virgo veneranda.

Ÿ. Virgo prædicanda.

- |  |  |
|--|--|
| <p> <span style="color: red;">V̇</span>. Virgo potens.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Virgo clemens.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Virgo fidelis.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Spéculum iustítiae.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Sedes sapiéntiae.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Causa nostræ lætítiae.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Vas spirituale.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Vas honorábile.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Vas insígne devotionis.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Rosa mýstica.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Turris Davídica.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Turris ebúrnea.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Domus áurea.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Fœdēris arca.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Iánua Cœli.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Stella matutina.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Salus infirmorum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Refúgium peccatorum. </p> | <p> <span style="color: red;">V̇</span>. Consolatrix afflictorum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Auxílium Christianorum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Angelorum<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Patriarcharum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Prophetarum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Apostolorum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Mártyrum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Confessorum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Vírginum.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Sanctorum<br/> ómnium.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina sine labe originali<br/> concepta.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina in Cœlum<br/> assumpta.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina Sacratíssimi<br/> Rosárii.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina famíliæ.<br/> <span style="color: red;">V̇</span>. Regina pacis. </p> |
|--|--|

V̇. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

Ṙ. **Parce nobis, Dómine.**

Ÿ. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

Ŕ. **Exáudi nos, Dómine.**

Ÿ. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

Ŕ. **Miserere nobis**

Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Dei Génatrix.

Ŕ. **Ut digni efficiamur promissionibus Christi.**

Ÿ. Oremus *si clérico*

Concede nos fámulos tuos, quásumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudere: et, gloriosa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessione, a præsentí liberari tristítia, et æterna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum.

vel

Deus, cuius Unigénitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis ætérnæ præmia comparavit: concede, quásumus, ut hæc mystéria sacratíssimo beátæ Mariæ Vírginis Rosário recolentes, et imitemur quod cóntinent, et quod promittunt assequamur. Per eundem Christum Dóminum nostrum.

Ŕ. **Amen.**

AD PROPÓSITA PONTÍFICIS

Paternoster, avemaria & Gloria.

PRO SACERDÓTIBUS

Paternoster, avemaria & Gloria.

PRO ÁNIMIS PURGATORII

Paternoster, avemaria & Gloria.



Ÿ. Réquiem æternam dona eis, Dómine,  
R̄. **Et lux perpétua luceat eis.**  
Ÿ. Requiescant in pace.  
R̄. **Amen.**

## ORATIONES AD FINEM ROSÁRII DICENDÆ

### SALVE REGINA

Salve Regina, Mater misericordiæ, vita, dulcedo, et spes nostra, salve.

Ad te clamamus éxsules filii Evæ. Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle.

Eia, ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes óculos ad nos converte.

Et **caput inclinans** *Iesum*, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

### MEMORARE

Memorare, O piíssima Virgo Maria, non esse auditum a sæculo, quémquam ad tua currentem præsidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffrágia, esse derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad te, Virgo Vírginum, Mater, curro, ad te vénio, coram te gemens peccator assisto. Noli, Mater Verbi, verba mea despícere; sed audi propítia et exáudi. Amen.

### SUB TUUM PRÆSÍDIUM

Sub tuum præsidium confúgimus, sancta Dei Génetrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitátibus; sed a perículis cunctis líbera nos semper, o Virgo gloriosa et benedicta.

## MAGNÍFICAT

Magníficat ✠ ánima mea Dóminum. Et exsultavit spíritus meus in Deo, salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est: et sanctum Nomen eius. Et misericórdia eius, a progénie in progénies tíméntibus eum. Fecit poténtiam in bráchio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Depósuit potentes de sede, et exaltavit húmiles. Esurientes implevit bonis, et dívites dimisit inanes. Suscepit Ísraël púerum suum, recordatus misericórdiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros: Ábraham, et sémini eius in sáecula.

Glória...



Ÿ. Ave Maria Puríssima.

Ŕ. **Sine labe concepta**

In nómine ✠ Patris, et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

# BENEDÍCTIO APOSTOLORUM

A PAPA VEL CLÉRICO SUB INDULGENTIA

Ÿ. Dóminus vobiscum.

Ŕ. **Et cum spírítu tuo.**

Ÿ. Sit nomen Dómini benedictum.

Ŕ. **Ex hoc nunc et usque in sáeculum.**

Ÿ. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

Ŕ. **Qui fecit cælum et terram.**

Ÿ. Benedicat vos omnípotens Deus, ✠ Pater  
et ✠ Fílius, et ✠ Spírítus Sanctus.

Ŕ. **Amen.**

# Angelus

Ÿ. Ángelus Dómini nuntiavit Mariæ.  
Ŕ. **Et concepit de Spíritu Sancto.**

Ave Maria...

Ÿ. Ecce ancilla Dómini,  
Ŕ. **Fiat mihi secundum verbum tuum.**

Ave Maria...

Ÿ. Et Verbum caro factum est,  
Ŕ. **Et habitavit in nobis**

Ave Maria...

Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Dei Génatrix  
Ŕ. **Ut digni efficiamur promissionibus Christi.**

Ÿ. Oremus *si clérico*

Gratiam tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris  
infunde; ut qui Ángelo nuntiante, Christi Filii tui  
incarnationem cognóvimus, per passionem eius et crucem  
ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem  
Christum Dóminum nostrum.

Ŕ. **Amen.**

Ÿ. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, *caput inclinans* (x3)  
Ŕ. **Sicut erat in principio et nunc et semper et in  
sæcula sæculorum. Amen.**

# Ordo Missae 1962

## PROCESSIO

### INCIPIIT



**I**n nómine Patris, ✠ et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

**I**ntroibo ad altare Dei.

**℞. Ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.**

*Non dicitur in missis defunctorum et duabus novissimis hebdomadis Quadragesimæ*

**I**údice me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta. Ab hómine iníquo et doloso érue me.

**℞. Quia tu es, Deus, fortitudo mea. Quare me repulisti, et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?**

**E**mitte lucem tuam et veritatem tuam. Ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernácula tua.

**℞. Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.**

**C**onfitebor tibi in cíthara, Deus, Deus meus. Quare tristis es, ánima mea, et quare conturbas me?

**℞. Spera in Deo, quóniam adhuc confitebor illi. Salutare vultus mei, et Deus meus.**

**G**lória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

**℞. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sáecula sæculórum. Amen.**

**I**ntroibo ad altare Dei.

**℞. Ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.**

**A**diutórium nostrum ✠ in nómine Dómini.

**℞. Qui fecit cœlum et terram.**

**C**onfiteor Deo omnipotenti... Amen

**Ŕ.** Misereatur tui omnípotens Deus, et, dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam.

**A**men.

**C**onfiteor Deo omnipotenti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beato Michæli Archángelo, beáto Ioanni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi, pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere. *Mea culpa, percutitur pectus ter mea culpa, mea máxima culpa.*

Ídeo precor beatam Mariam semper Vírginem, beatum Michaëlem Archángelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, pater, orare pro me ad Dóminum, Deum nostrum.

**M**isereatur vestri omnípotens Deus, et, dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam æternam.

**Ŕ.** Amen.

**I**ndulgéntiam, ✠ absolutionem et remissionem peccatorum nostrorum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

**Ŕ.** Amen.

**D**eus, tu conversus vivificabis nos.

**Ŕ.** Et plebs tua lætábitur in te.

**O**stende nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

**Ŕ.** Et salutare tuum da nobis.

**D**ómine, exáudi orationem meam.

**Ŕ.** Et clamor meus ad te véniat.

**D**óminus vobiscum.

**Ŕ.** Et cum spíritu tuo.

 **O**remus,  
*Secr...*

## INTROITUS

Oratio...

**G**lória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto...

Oratio...

## KYRIE

**K**ýrie, eléison.

*Ṙ.* **Kýrie, eléison.**

**K**ýrie, eléison.

*Ṙ.* **Christe, eléison.**

**C**hriste, eléison.

*Ṙ.* **Christe, eléison.**

**K**ýrie, eléison.

*Ṙ.* **Kýrie, eléison.**

**K**ýrie, eléison.

## GLORIA

**G**lória in excelsis *Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedícimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cœlestis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Iesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, súscipe*

**deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Iesu Christe. Cum Sancto Spírítu ☩ in glória Dei Patris. Amen.**

## ORATIO

**D**óminus vobiscum.

*Ṙ.* **Et cum spírítu tuo.**

**O**remus..., per ómnia sácula sæculorum.

*Ṙ.* **Amen.**



## LECTIO

Léctio...

*Ṙ.* **Deo grátias.**

## GRADUALE

Oratio... Aleluia

## EVANGELIUM

*Secr...*



**D**óminus vobiscum.

*Ṙ.* **Et cum spírítu tuo.**

**S**equéntia (*vel* **I**nítium) ††† Sancti Evangélii secundum....

*Ṙ.* **Glória tibi, Dómine.**

In illo témpore:...

*Ṙ.* **Laus tibi, Christe.**

*Secr...*



## SERMO



## CREDO



**C**redo in unum *Deum*, **Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum *Iesum Christum*, Fílium Dei Unigénitum, et ex Patre natum ante ómnia sáecula. Deum de Deo, lumen de lúmíne, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum; consubstantialem Patri, per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salutem descendit de cœlis**  
*Hic genuflectitur et incarnatus est de Spírítu Sancto ex Maria Vírgine, et homo factus est. Hic surgitur*  
**Crucifixus étiam pro nobis, sub Póntio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tértia die, secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad délixeram Patris, et iterum venturus est cum glória iudicare vivos et mórtuos; cuius Regni non erit finis. Et in Spírítum Sanctum, Dóminum et vivificantem, qui ex Patre Filióque procedit, qui cum Patre et Fílio *simul adoratur* et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et Unam, Sanctam, Cathólicam et Apostólicam Ecclésiám. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, et ✠ vitam venturi sáeculi. Amen.**

## OFFERTORIUM

**D**óminus vobiscum.  
*℞. Et cum spírítu tuo.*

**O**remus  
Oratio...



*Secr...*

**O**rate, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem Omnipotentem.

**℞. Suscípíat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ súæ Sánctæ.**

Amen.

## SECRETA

*Secr...*

**P**er ómnia sæcula sæculórum.

**℞. Amen.**

## PRÆFATIO



**D**óminus vobiscum.

**℞. Et cum spírítu tuo.**

**S**ursum corda.

**℞. Habemus ad Dóminum.**

**G**rátias agamus Dómino, *Deo nostro.*

**℞. Dignum et iustum est.**

**V**ere dignum et iustum est [...] una voce dicentes:

**S**anctus  $\hat{\text{A}}$  Sanctus  $\hat{\text{A}}$  Sanctus  $\hat{\text{A}}$  Dóminus Deus, Sábaoth. Pleni sunt cœli et terra gloria tua.

**Hosanna in excelsis.**

**Benedictus  $\text{X}$  qui venit in nómine Dómini.**

**Hosanna in excelsis.**

## CANON



**T**e igitur, clementissime Pater,...

**Q**ui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, elevatis oculis in caelum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit ✠ , fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes.

*HOC EST ENIM CORPUS MEUM*



**S**imili modo postquam cenatum est, accipiens et hunc praeclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, benedixit ✠ , deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et bibite ex eo omnes.


*HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET  
AETERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO  
VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN  
REMISSIONEM PECCATORUM.*

**H**aec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis



**U**nde et memores, ...

**N**obis quoque peccatoribus...*Secr...*

**P**er ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri ✠ omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ Sancti,  omnis honor, et gloria.

**P**er omnia saecula saeculorum.

*R.* Amen.

## PREPARATIO COMMUNIONIS



**O**remus: Præceptis salutáribus móniti, et divina institutione formati, audemus dícere:

**P**ater noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimitte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem:

**Ŕ. Sed líbera nos a malo.**

*Secr...* Per omnia sǎcula sǎculorum.

**Ŕ. Amen.**

**P**ax Dómini sit semper vobiscum.

**Ŕ. Et cum spírítu tuo.**

*Secr...*

*Percutitur ter dicens (in missis defunctorum non percutitur)*

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:  
miserere nobis** [dona eis réquiem *missis defunctorum*]

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:  
miserere nobis** [dona eis réquiem]

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:  
dona nobis pacem** [dona eis réquiem sempiternam]




## COMMUNIO

*Secr...*

**D**ómine, non sum dignus,  *secr...*

**D**ómine, non sum dignus,  *secr...*

**D**ómine, non sum dignus,  *secr...*

Misales anteriores a 1962

**℟.** Confiteor Deo omnipotenti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beato Michaëli Archángelo, beáto Ioanni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi, pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere. *Mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.* Ídeo precor beatam Mariam semper Vírginem, beatum Michaëlem Archángelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, pater, orare pro me ad Dóminum, Deum nostrum.

**M**isereatur vestri omnípotens Deus, et, dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam æternam.

**℟.** Amen.


**I**ndulgéntiam, ✠ absolutionem et remissionem peccatorum nostrorum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

**℟.** Amen.

**E**cce Agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi.

**℟.** Dómine, non sum dignus **percutitur pectus** ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. (×3)

**C**orpus Dómini nostri Iesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam æternam. Amen



## COMMUNIO SPIRITALIS

### ACTUS CONTRITIONIS:

Deus meus, ex toto corde pœnitet me ómnium meorum peccatorum, éaque detestor, quia peccando, non solum pœnas a Te iuste statutas proméritus sum, sed præsertim quia offendi Te, summum bonum, ac dignum qui super ómnia diligaris. Ídeo firmiter propono, adiuvante grátia tua, de cétero me non peccaturum, peccandíque occasiones próximas fugitúrum. Amen.

### COMMUNIO:

Adorábilis Iesu, credo firma fide, te in sanctísimo Altaris Sacramento vere præsentem cum córpore et ánima, carne et sáanguine, divinitate et humanitate; adoro te, Deum et Dóminum meum, atque te amo super ómnia. Te cúpio ex toto corde meo, sed quia te, modo sacramentáliter suscípere non possum, veni saltem spiritáliter in cor meum. Iesu mi dulcíssime, únio me totum tibi et amplector te, ac si iam in cor meum venisses, ne permittas me separari a te. Sis mihi in vita solátium, in morte viáticum, in æternitate præmium. Id rogo te pro me et ómnibus mihi caris. Amen.

### ANIMA CHRISTI

Ánima Christi, sanctifica me. Corpus Christi, salva me. Sanguis Christi, inébria me. Aqua láteris Christi, lava me. Passio Christi, conforta me. O bone Iesu, exaudi me. Intra tua vúlnera absconde me. Ne permittas me separari a te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis meæ voca me. Et iube me venire ad te, ut cum Sanctis tuis laudem te, in sáecula sæculorum. Amen.

## ANTÍPHONA AD COMMUNIONEM

Oratio...

## POSTCOMMUNIO



**D**óminus vobiscum.

*Ṛ.* **Et cum spíritu tuo.**

**O**remus.

*Oratio...*, per ómnia sáecula sáeculorum.

*Ṛ.* **Amen.**

## CONCLUSIO

**D**óminus vobiscum.

*Ṛ.* **Et cum spíritu tuo.**

**I**te, Missa est.

*Ṛ.* **Deo grátias.**

*Si non dicitur Gloria dicitur coram Deo:*

**B**enedicamus Dómino

*Ṛ.* **Deo grátias.**

*In missis defunctorum dicitur coram Deo:*

**R**equiescant in Pace

*Ṛ.* **Amen.**

*Hebdomada Paschalis:*

**I**te, Missa est, alleluia, alleluia

*Ṛ.* **Deo grátias, alleluia, alleluia**



*Secr...*

*Omititur in missis defunctorum*

**B**enedicat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, ✠ et  
Spíritus Sanctus.

*Ṛ.* **Amen.**



**D**óminus vobiscum.

*Ṛ.* **Et cum spíritu tuo.**

**I**nítium ††† Sancti Evangélii secundum Ioannem.

*Ṛ.* **Glória tibi, Dómine.**

*Ioann. 1, 1-14.*

**I**n princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso, factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hóminum. Et lux in ténebris lucet, et ténebræ, eam non comprehenderunt.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine.

Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem venien-tem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus, eum non cognovit. In própria venit, et sui, eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem, filios Dei fieri, his qui credunt in nómine eius, qui non ex sanguí-nibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

*Genuflectit dicens: Et Verbum caro factum est, et surgens  
prosequitur:*

et habitavit in nobis, et vídimus glóriam eius; glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritatis.

*Ṛ.* **Deo grátias.**



## ORATIONES LEONIS XIII



**A**ve Maria, gratia plena, Dóminus tecum, benedicta tu in muliéribus et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

**Ṙ. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccató-ribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen. (×3)**

**S**alve Regina, Mater misericórdiæ, vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus, éxsules filii Evæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes óculos ad nos converte. Et *Iesum*, benedictum fructum ventris tui, nobis, post hoc exílium, ostende. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

**O**ra pro nobis, sancta Dei Génitrix.

**Ṙ. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.**

**O**remus. Deus, refúgium nostrum et virtus, pópulum ad te clamantem propitius respice; et intercedente gloriosa, et immaculata Vírgine Dei Genítrice Maria, cum beato Ioseph, eius Sponso, ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, et omnibus Sanctis, quas pro conversione peccatorum, pro libertate et exaltatione sanctæ Matris Ecclesiæ, preces effúndimus, miséricors et benignus exaudi. Per eundem Christum Dominum nostrum.

**Ṙ. Amen.**

**S**ancte Michaël Archángele, defende nos in prælio; contra nequitiam et insidias diáboli esto præsidium. Ímperet illi Deus, súpplices deprecamur. Tuque, Princeps militiæ Cælestis, Sátanam aliosque spíritus malignos, qui ad

perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute, in infernum detrude.

*R.* Amen.

**C**or Iesu sacratissimum.

*R.* Miserere nobis.

**C**or Iesu sacratissimum.

*R.* Miserere nobis.

**C**or Iesu sacratissimum.

*R.* Miserere nobis.







[cruxsancta.com](http://cruxsancta.com)